



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam mortis euadit periculum, matre ipsum B.V. deuouente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

QVIDAM AD B. VIRGINEM
peregrinatione facta à duplici tu-
more liberatur.

CAPVT XVI.

I Oannes Beauregard Brugeleti incola du-
plici tumore affirmavit se malè affectum,
quo sibi persuadebat morte subita vitam auf-
ferendam. In tali autem vitæ discrimine B. V.
Camberonensi seipsum deuouit peregrinum,
à tribus mulierculis, quæ ipsi inserviebant,
expetens, vt ei peregrinãti assisterent, & quod
earum nomine pia donaria sacrasque oblati-
ones ære proprio persolueret, quemadmodũ
se ipsa præstitit, sicque totus conualuit.

QVIDAM MORTIS EVADIT
periculum, matre ipsum B. Virginis
deuouente.

CAPVT XVII.

I Oannes Vastelius in trapeto nostro ha-
bitans, cum morte colluctabatur, iamque
oculos suos miserè hinc inde vertèdo contor-
quebat, manibus ceterum lustralem gestans,
quando mater eius ipsum B. Virgini Cambe-
ronensi deuotissimè deuouens, ita sibi in in-
tegrum restitutus est, vt die subsequenti sacel-
lum eius visitauerit in gratiarum actionem.

I s acc

nec non vt eidem pium aliquod obsequium exhiberet.

MARITVS ET VXOR MIRABILITER à morte preseruantur, vota Beatae virginis facto.

CAPVT XVIII.

DVO coniugati magno cum feruore & animi deuotione Camberonam nauibus venerant. Maritus narrabat se in strage caedeque grauissima, quæ in Anglia facta est, à die sacramenti ad diem vsque sabati subsequenti, cum plurimis alijs intra colloquias latitasse non sine extremo vitæ periculo. Interea namque temporis sapius audire hostem conscendere gradus loci in quolabant, eos, ad necem quærentem. Quam ob causam iam extremum vale vxori dederat, ubi quacunque hora persuadens se ad mortem pro certo raptandum, quando spiritu diuino instigatus & monitus feruidè admodum. Virgini Camberonensi seipsum fecit peregrinum, promittens vbi mare transisset nauem se carnibus vesciturum, nisi primo reliculam suam visitasset. Vbi autem eò venit, affirmavit se illa ipsa hora, qua putabat se ferro impiorum necandum, Virginem benedictam vidisse, quæ, vt ipsi videbatur, eum proprio suo pallio inuoluit, sicque seruauit.

NAT.